



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Saeuit in repugnantes. n. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

## PRAEFATIO.

( quod pallium vocant ) conferenda : neque solum pecunia in cameram  
Henricus Apostolicam importatio, quacumque de causa spirituali, interdicitur, sed  
se dicit Ca- put Eccle- giesimo quarto, iisdem publicis regni Comitijs tribuitur Regi non nomen  
cane. Auno 26. c. 1. inane (ut aiebant) sed cum nomine, honor, dignitas, Priuilegia, Au-  
toritas, prouentus supremi in terris Capitis Ecclesiae Anglicanae, imme-  
diata sub Deo, & Christo Iesu, cum potestate visitandi, cum opus esset,  
aut liberet, ut quoquis errores, aut hereses, seu Cleri seu Populi, corri-  
gendi. Pro cuius potestatis executione, non ita multo post constitutus est  
Regis Vicarius Generalis in Causis Ecclesiasticis, Thomas Cromwellus,  
homo Laicus, ut humili, ut ferunt, loco natus, cum priuilegio precedendi ip-  
sum Cantuariensem Archiepiscopum regni Primatem in publicis consensibus.

**Sicut in repugnat-  
tes.** sum Cantuariensem Archiepiscopum regni Primatem in publicis consejibus.  
**VII.** Inde sicutum in Religiosos & doctos omnes, qui summam  
in Ecclesiasticis Auctoritatem Regi negarent. Familia Religiose dissipatio;  
ædes diruta, bona primum Regini addicta erario, tum donatione, ven-  
ditione, commutatione dispersa, atque in manus priuatorum deriuata.  
Quindecim Superiorum Monasteriorum constantiam in sustinenda summi Pos-  
tificis Prærogatiua ultimo luerunt supplico. Monachi ad aliorum terrorem  
supra quinquaginta fame, pædore carcerum, suspendio periere: totidem fere  
eruditæ Sacerdotes; præter duo orbis lumina, Ioannem Fisherum Episco-  
pum Roffensem, & Thomam Morum, non ita pridem Regni Cancellarium.  
Neque Calites fuere immunes: Thomas Cantuariensis Episcopus (quem an-  
nis prope quadringentis coluerant Martyrem) in ius vocatus, Regie Ma-  
iestatis leæ condemnatus, & exustus, ne quidem locum deinde tenere po-  
tuit in indice quocumq; Sanctorum; ut nemini mirum videri debeat Papæ ap-  
pellationem ex omnibus libris inscriptionibusq; sublatam: quanquam non  
fine admiratione cogitari potest, paucissimis annis tam atrocia, non solum  
in Catholicè sentientes à nuperim tam Catholicò Rege admissa esse fa-  
ciora, sed paria Hæreticis in loca sacra diuofq; sceleræ esse perpetrata;  
atque eum Regem qui Lutherū tum primum erigentem cornua, eiusque  
fatum edito doctissimo Commentario, proscriptisset, Lutheri prolem alte-  
ram souisse, fructus doctrinæ adamasse: sed quid non mortalia peccora co-  
git, Auri, luxus, vindicta famæ?

**Edwardus** *git, aut, iuxta, vnde etiam James?*  
**idem ius** *V. Iam Schisma heresi strauerat viam, & que a capite diuisa*  
**Capitis as-** *erant membra sanie hauserant; quam sublato Henrico ij qui nouenem*  
**fumit.** *filium Edwardum, Regni Hæredem, sub tutela habebant, longè latèque*  
*sparserunt; Prima cura fuit dignitatem Capitis Ecclesiae Anglicanæ, quam*  
*Henricus assumerat, in Rege pueru tueri. Eo ex capite confessim legelata*  
*dicitur electio Episcoporum, non iam ad capitula, Rege consentiente, sed*  
*ad Regem solum pertinere, Episcopos nihil debere suo, sed Regis nomine*  
*cuncta iubere: Regis Insignia suis quemque oportere sigillis inscribere:*  
*lae Majestatis crumen fore scripto afferere vel Regem non esse, vel Pon-*  
*tificem*